



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo assignant illud intrasse in mundum. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Hic primovidendum est, quod fuit illud peccatum, originale scil. an actuale: & si de originali intelligatur, consequenter quid sit originale peccatum, & quare dicatur originale: & quomodo pertransierit vel pertranseat in omnes, diligenter inuestigādum est. Quibusdam placuit de peccato actuali Adæ illud accipere, afferentibus hoc Apostolum sensisse cum inservius ait, Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita &c. Evidenter inquiunt, etiam ipso nomine exprimit Apostolus peccatum, quod per vnum hominem intravit in mundū, scil. inobedientiā. Inobedientia vero peccatum actuale est.

*Quomodo intrasse in mundum dicunt.*

C

Hoc autē dicunt intrasse in mundum, non traductione originis, sed similitudine prævaricationis: omnesq; in illo uno peccasse dicunt, quia omnibus ille unus peccandi exemplum extitit. Hoc male sentiunt quidam hæretici, qui dicti sunt Pelagiani. de quibus Aug. in libro de Baptismo parvorum cōmemorat dicens, Sciendū est, inquit, peccatorum hereticos quosdam, qui nominati sunt Pelagiani: meritis eorum dixisse peccatū primę transgressionis in alios homines nō propagatione, sed imitatione transisse. Vnde etiā in parvulis nolunt credere per baptismum solū originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino cōtendunt. Sed eis dicitur, quia si Apost. peccatū imitationis nō propagationis intelligi voluisset, eius principē non Adā, sed diabolū diceret. De q̄ in li. Sap. dicitur, Inuidia diaboli mors intravit in orbē terrarū. Et q̄a non vult intelligi hoc esse factū propagatione sed imitacione, continuo subiūxit scriptura. Imitātur autē eū, qui sunt ex parte ipsius. Imitātur quidem Adā, Ibide. paulo quo: quot p̄ inobedientiā trāsgrediūtur mādatū inferius. Dei. Sed aliud est, q̄ exēplum est volūtate percātibus: aliud q̄ origo est cum peccato nascentibus.

Ez 3

Non

Quid sit origi-  
ginale pec-  
catū quod à  
peccato tri-  
morū paren-  
tum fuit  
causatum.

Au.li.1. de  
peccatorum  
meritis eorum  
remissione  
cōtra Pelagianos, c. 9.  
ad princip.  
in tom. 7.

Sap. 2. d.  
Ibidē. paulo  
inferius.

Non est igitur accipendum peccatum Ad e transisse in omnes imitacionis tantum exemplo, sed propagationis & originis vitio.

Hic aperit illud esse peccatum originale, quod trans-  
sit in posteros. D

Et est illud peccatum originale, ut aperte Aug-  
testatur, quod per Adam transiuit in omnes, per e-  
ius carnem vitiam coepit scilicet generatos.

Quid sit originale peccatum hic inquiritur. E

Quocumque diligenter inuestigandum est, quod sit. De  
hoc non sancti doctores sub obscuritate locuti sunt,  
atque scholasticorum doctores varia senserunt. Quidam  
nisi putant originale peccatum esse reatum poenitentiae  
peccato primi hominis, id est, debitum vel obnoxietate, qua obnoxii & addicti sumus poenitentiae tem-  
porali & aeternae pro primi hominis actuali peccato:  
qua pro illo (ut aiunt) omnibus debetur pena aeterna,  
nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum sententias  
oporet dici, originale peccatum nec culpam esse,  
nec poenitentiam. Culpam non esse ipsi fatentur: poena  
quocumque secundum eos esse non potest, quia si debitum  
poenitentiae originale peccatum est, cum debitum poenitentiae  
non sit pena, nec originale peccatum est pena, q  
etiam quidam eorum admittunt dicentes, in scriptura  
originale peccatum saepe nominari reatum: & rea-  
tum ibi intelligunt, ut dictum est, obnoxietate pe-  
nitentiae: & ea ratione afferunt peccatum originale dici  
esse in parvulis, quia parvuli pro illo primo peccato  
rei sunt poenitentiae: sicut pro peccato iniqui parentis a-  
liquando exulant filii secundum iustitiam foris.

Quod originale peccatum sit culpa, auctorati-  
bus probat. F

*Exod 13.b.  
Glossa ordinaria ad idem cap. Primo genitum.*

Sed quod originale peccatum culpa sit, pluribus  
sanctorum testimoniis edocetur. Sup Exod. vbi di-  
citur, Primo genitum A simi mutabis ove, Greg. ait.  
Omnis in peccatis natus sumus, & ex carnis delecta-  
tione concepsi, cuiusdam originalem nobiscum traxi-  
mus,